Quelle:
Copyright:

Henricus de Hassia (de Langenstein cognomine) erat Magister s. Theologiae et Vice-Cancellarius Parisiensis, postea presbyter et canonicus Vormatiensis, annis 1384 – 1397 s. Theologiae professor in Viennensi universitate, ubi 11. Febr. 1397 diem supremum obiit. Cf. Jöcher, Gelehrtenlexicon, Leipzig, 1750. 2. Theil, pag. 1504 s.

f. 221b – f. 226b scriptura vacant.

3. f. 227a – f. 297b Liber de vita et moribus philosophorum. (Cum litt. init. simpl. col. r. expr.)

Inc.: 'Incipit liber de vita et moribus philosophorum veterum tractaturus multa quae ab antiquis autoribus de diversis libris de ipsorum gestis sparsim reperi' etc. Expl.: 'ad gloriam studiorum in philosophia et in artibus liberalibus. Inde deus gloriosus in secula seculorum sit benedictus amen.'

Et ~~subter~~ infra legitur: 'In nomine domini Amen.' (col. rubr.)

'Finit mores et vita philosophorum.' (c. r.)

f. 298a et 298ba Index: 'Hec sunt nomina philosophorum in suo ordine hic contentorum.'

4. f. 298b Fragmentum de virginitate et humilitate incipit: '.....

multum timenda virginibus primum est superbia Augustinus in libro de virginitate non solum praedicanda est virginitas' etc.

Expl.: 'Studete perseverantie quae sola coronatur Idem scias dyabolum soli semper perseverantie insidiari quam solam novit coronari.'

f. ad calc. fragm. inscribitur: 'Nullus sua acceptus est patria.'